

ist halber Bruder und Schwester näher Erbe zu nehmen, denn voller Brüder und Schwester Kinder. Quibus iterum ius repraesentationis firmari defendunt, quoniam fratrum ex utroque latere iunctorum liberi nullo nisi successionis vicariae iure unilaterales fratres sororesue defuncti excludere possint.

§. XXIX.

Rationes
negantium
enarrantur.
Quibus cal-
culus adii-
citur.

Verum non minus graues ac momentosae illis sunt rationes, qui in successione collateralium repraesentationem a iure Lubecensi aequae ac Saxonico esse alienam arbitrantur. Ipsemet non inficiatur Meuius, immane quantum ius Lubecense a iure diuersum esse Romano etiam eo, ut illud multo rigidius hoc in successione graduum propinquitatem obseruari praeceperit. Vid. Meuius ad Ius Lub. P. II. Tit. II. art. 17. num. 3. Vnde iure Lubecensi regula sit constituta: Das nächste Blut nimmt das Gut. Vid. Idem ad Ius Lub. P. II. Tit. II. art. 1. num. 19. Deinde in statuti Lubecensis Part. II. Tituli II. articulo 1. omnes et singuli heredum ordines enumerantur, attamen successionis vicariae altissimum ibidem est silentium, neque de iure remotioris gradu a defuncto occupandi locum parentis, ut eodem, quo propinquior est, gradu potiat, quidquam inuenitur dispositum. Conducit, opinor, omnino, verba articuli adscribantur: Wann einer stirbet, sein Gut, daß er nachlässet, das empfahen seine nächste Erben oder Erbnehmen: Die ersten seynd des Menschen Kinder, Söhne und Töchter; Die anderen, Kindes Kinder; Die dritten, Bruder und Schwester, wann sie abgesondert seyn; Die vierdten Vater und Mutter; Die fünfften, halbe Brüder und halbe Schwestern; die sechsten, Groß-Vater und Groß-Mutter; die siebenden, Vater- und Mutter-Bruder und Schwester; die achten derselben Kinder: hierinnen seynd beschloffen alle Erben und Erbnehmen. Quis non animaduertit hic expressam inter descendentes repraesentationis constitutionem, eiusdemque inter collaterales omis-